mentissimis gentes, et quod nullam fidem habere sue allatorum;
quoniam, ut nos cognitum, et perspectum habemus ingenia, et
studia nostrorum subditorum, non speranda videtur, illos eiusmodi
constitutionibus, et doctrina acquiescere, vel permittere, sed
potius maiore obstinatione exclamaturos, et gravioribus etiam
turbas excitaturos esse; sicuti nec de Cat.cis, et maxime
de Status, et ecclesiasticis personis, melioris opinionem con-
cipere possumus; quod scilicet ipsi sese eiusmodi vitandi, et
caeremoniarum regulis, quae sit demum constituenda, penitus
sine ecclesiastici ordinis aliquo submittere sine, sed potius
timendum est, ne dum utrique parti volumus consulere, neutri satis-
faciamus; ac maioribus, et endemicis certaminibus
campum praebeamus.

De altera vero, nempe de concessione, seu tolerantia Con-
fessionis Augustanae, quamvis ea ipsa non careat ma-
gnis difficultatibus, ac in spe non videatur probabilis,
nos tamen probe examinata conscientia tua, aliud vi-
care non potuimus, quam ea, quae supra exposuimus, hinc mo
Archiducatui impendere mala, ac interitus, hac tone,
Deo propitio longe facilius quam alterum, hoc saltem tempo-
ris, ut vobis rebus pro ratione tui muneris tone, ac christiani,
et boni principis officio, diesque noctesque in studio, et conatu
adhibendum est, procaveri; immo, et religionis cat.ae religio-
nis, quae adhuc superstes, satis magno numero in hoc

quo

quo nunc sunt status conservari posse, maxime si huiusmodi con-
tinentia, et tolerantia ista, astringatur certis legibus, atque con-
ditionibus; Vt. ut non alia confessio teneretur, quam ea ipsa, quae ut
dictum est primitus fuit Augustae Vindelicorum Christiano
Carolo Quinto Imp.ri oblata. Deinde ut privatim, et omne
sia conficiatur certa quaedam forma, et norma seu agen-
caeremoniarum, ac rituum, passim in Publicis Templis
et notitiis, Augustanam confessionem profitentibus, et con-
cionatoribus, ac ministris observandorum; et qui ministri,
et concionatores diversum senserint, et docuerint, utribusque
istis sese non accommodaverint, regnis, et omnibus pro-
vinciis suis ejiciantur; et ne pro suggestu, vel alibi ullo
modo contemnant, seu intuperent, aut conviciis, minisque
et damno afficiant, Cat.cos et ecclesiasticos, ac religiosos,
sive in personis, sive in rebus, et bonis eorum; et ut de hac
utrique dicti duo ordines Barones, et nobiles nos bona fide
certos reddere, et securitate tenentur, privatim tamen tolerantia
ista, illis non aliter promittenda (sicut nec aliter et oblata
in effectu deducatur; verum ne tolerantia ista intelligatur
ut perpetua, sed donec, donec Deo volente, legitima, et
convenientia media, per universam Germaniam universalis
concordia in religione sancitatur, vel nos saltem prioris
anni quomodo melioris viam, afflictis ecclesiarum rebus consulen-